

DISCURSUS PRIMUS

DE

ATTRIBUTIS
ASTRONOMIÆ,

Ineptiis M. PAULI NAGELII

oppositus,

Quem,

Iussu Ampliss. Facult. Philosoph. in Academia VVitteb.

PRO LOCO

In eâdem Facultate benevolè sibi assignato,

Publicè examinandum proponit

M. VALENTINUS KINLENIUS

PRAUSNICENSIS SILESIUS,

Facultatis Philosoph. Adjunctus,

RESPONDENTE

GREGORIO BERESCHAU

GURA-SILESIUS

Ad diem 16. Decembr.

Horis à 7. matutinis

In Auditorio Majori.



VVITTEBERGÆ

Ex Officinâ Typographicâ JOHANNIS GORMANNI,

ANNO M. DC. XXVI

35

1626 1

4

1626



VIRIS

Magnifico, Strenuis, Nobilissimis, Generis, ac Familiae antiquitate, Doctrina item, atq; Eruditionis gravitate Splendidissimis, Eminentissimis,

Dnn. Friedrich ab Hocken in Müllgast / etc. Capitaneo Dioeceseos Breichavviensis dignissimo. Hansß Wolff à Kreckwitz in Musten / & Feudum-Castrense apud Guranos &c.

Duum - VIRIS Hæred. Ioppendorff. TUTORIBVS Spectatissimis.

Hansß Siegmund à Kreckwitz in Zoppendorff / Heinsdorff / Bürckendorff & Reichen etc.

UT ET VIRIS

Generis Nobilitate, Prudentiæ auctoritate, rerum deniq; usu, atq; experienciâ Splendidissimis, Celeberrimis, Prædijctissimis,

Dnn. CONSULI, Cæterisq; Reipubl Guranæ SENATORIBUS, PATRIBUS PATRIÆ longè meritissimis.

Deniq; VIRIS

Nobili, Excellentissimo, Clarissimis, Doctissimis,

Dnn. BARTHOLOMÆO HEMPELIO, Medic. D. & Pract. apud Guranos felicis:

M. JOHANNI BRACHMANNO, Scholæ ibid. Rectori, Præceptori de se optimè merito,

Omnibus ac singulis suorum studiorum Meccænatibus, Patronis, ac Evergetis: Hisce verò Consanguineis atq; Affinibus suis,

Hunc discursum Astronomicum Gratiitudinis & strenua loco

Dicatum ac Dedicatum

mittit ac offert

**GREGORIUS Oberschar/
Respondens.**



T H E S I S

I.



Naturâ nihil frustra. *Scal. exerc. 61. f. 1.*

2. Ergò nec cœlum, & Astra.

3. *Ita est.* Sunt enim propter hominem. *Scal. exerc. 250. f. 1.*

4. *Cur?* Unū audi hic, ut ab eo cognoscantur.

5. Ita enim *Subtiliss. Scaliger*: sideribus lumen datum est, ut ab homine cognoscerentur; quem voluit DEUS participem facere suæ sapientiæ, & similem sibi, *exerc. 75. f. 1.*

6. Homo ergò Cœlorum contemplator.

7. Si non *solus* (placet enim nonnullis, reliquorum quoque globorum vastitatem incolis refertam esse, qui etiam admirandas siderum, præsertim verò illorum, quæ visum nostrum fugiunt, varietates suis notent oculis: adeoque hic in globo telluris Deum non omnem consumfisse artem, ut non posset omnem bonitatem, ut non vellet, cæteros etiam globos convenientibus exornare creaturis) inter socios tamen fortè *præcipuus*.

8. Sed dicamus *solum* esse. Quid enim nobis cum somniis.

9. Fictum aliquid invenire, haud parvi est ingenii. Paratur gratia novitati, datur aliquid color. At ineptorum picturas sequi, umbras, fallacias, somnia: id verò bardi animi est: neque veniâ dignum, & quod egeat animadversionis. Multâ enim consideratione uti nos decet in rebus perspicendis atque iudicandis. In quibus si ignaviores, aut supiniores simus: jam id



committimus, ut illorum simplex error sit culpa nostra, inquit elegantissimè *elegantissimus Scaliger exerc. 106. f. 1.*

10. Hoc *Majores* nostri perpendentes, ad Cœlorum contemplationem atq; indagacionem magno animo atq; excelso per salebras atq; tenebras iter suum contulerunt.

11. Hinc orta ASTRONOMIA, res & quæ *supra*, & quæ *infra*, & quæ *circa nos* sunt ac fiunt, complectens, contemplan.

12. Nobilis atq; excellens disciplina, digna, in quâ multa atatis nostræ momenta, quæ afferre debemus ad sapientiam consequendam, dispensemus.

13. *Rectè sic.* Quid ergò causæ, quamobrem M. *Paulus Nagelius* ineptiis suis tantæ disciplinæ non vereatur deterere majestatem,?

14. *Ineptiis inquam.* Adeò namq; lacunosæ sunt opiniones ejus, ut explendæ sint animi & moderatione, & patientiâ non vulgari.

15. *Causa, uno verbo, ambitio, ac superbia.* Nemini quippe se comparat Nagelius. *Verba ejus hæc sunt: Demnach mir / G D Z lob / meine Augen eröffnet / daß ich gesehen / den Grund der Wahrheit / vnd vermercket die Lügen vnd betrug / so bey vielen für Kunst vnd Weißheit geachtet wird / hab ich mich abgewendet / von der ungewissen zur gewissen warhafftigen Kunst / vnd eine zeit hero darvon nur ein wenig an Tag geben / zuerfahren / wie man gegen solcher Warhafftigen Erkenntniß gesinnet / etc. Tract. quem inscripsit Astronomia Nageliana fundamentum verum, & principia nova lit. B. j. Et lit. L. ij. Was aber jetzo mein Studium sey / vnd wie weit ich durch Göttliche verleihung in Astronomiâ kommen / kan der Verständige zum theil auß diesem Büchlein / vnd künfftig auß bessern bericht verstehen.*

16. Multum certè sibi tribuit Mathematicus hic. *Solus doctus.* At si perpendisset, quod *Magnus Balduinus noster* Comment. in *Epist. Philipp. p. 207.* tradit, quando inquit: qui sui cerebri somnia sequuntur, aut peculiare ἀποκαλύψεις à DEO expectant, seiplos decipiunt, & ignorantiam suam pereunt: à tantis argutiis fortè sese temperasset.

17. Nos

17. Nos ita ineptire nolumus. Sapiamus, ac consultius, feliciusq; horas nostras collocemus. Astronomiæ opportunam aggrediamur defensionem. Tantum abest, ut in offensionem eruditorum cadamus.

18. TECUM tamen JEHOVA, quod aggredimur, aggredimur. Quippe *sine TE, nihil in homine*. Omnis nostra in literarum studiis *peregrinatio, sine tuâ luce miserabilis quædam est erratio*.

19. Hæc vice ATTRIBUTA duo Astronomiæ videbimus quorum primum UNITAS est.

20. Una enim Astronomia: non quidem *Subiecto, sed Objecto & specie*. Proprius siquidem ac adæqvatus considerandi modus specie unus est.

21. At à modo considerandi, non re consideratâ, disciplinarum distributionem petere solemus.

22. Quid verò Nageliiis? Hoc struit, ut Astronomiæ Unitatem destruat.

23. Dicit namq; , Astronomiam alteram esse *Gratia, seu Apocalypticam: alteram Gentilem*.

24. Illam esse corpus, hanc Umbram: Illam Sanctorum, hanc Ethnicorum propriam: Hanc sine illâ frigere.

25. Apponam Verba ejus: Ist denn nu die gantze Philosophia ein Signatur vnd Zeugnuß der Himlischen vbernatürlichen Philosophiæ: Worumb solte denn nicht auch der gantze Himmel mit Sonn / Mond vnd Sternen eine Signatur vnd Zeugnuß sein der rechten warhafftigen Astronomiæ, gegen welcher die Natürliche / damit sich nur die Heyden behelffen / drumb sie auch Astronomia gentilis genennet wird / nur ein blosser Schatte ist. d. Tract. lit. C. iij.

26. Et lit. E. Solche Göttliche Magia, vnd Himlische Weißheit ist nun auch zubefinden in dem gantzen Buch der Heiligen Schrift mit vngleublichen Geheimnissen. Niemand auff Erden wird solche sehen / verstehen / noch vermercken / er sey den ein Cabbalist, vnd sey vom Göttlichen Blitz erleuchtet / seine Augen müssen ihm geleutert / gereinigt / vnd eröffnet werden. Er muß sich erst reinigen / so den kompt die vereinigung / vnd erleuchtung.

27. Et lic. C. liij. Hieraus wird nu vntwiedersprechlich of-
fenbahr/das die Astronomia ohne die Apocalypsin nur ein genti-
lisch werck sey; So sie aber mit der Apocalypsi zusammen genom-
men/vnd eines Wunder durch das ander Interpretiret, vnd auff-
geschlossen werden: das darauß entspringe die rechte/Warhafftige
Kunst/welcher auch möglich grosse dinge auff gewisse zeiten an Tag
zugeben.

28. Caterum Nagelii opinio pessima est. Quippe I. impli-
cat contradictionem. Nam pura puta contradictio est: Astronomiam
esse, nec tamen Astrorum curam habere. Perinde enim est, ac sidi-
cas, Oeconomiam esse, & rem domesticam non curare. Nam vel ipsa
vocis compositio innuit, Astronomiam sola Astra respicere.

29. Quia igitur Astronomia Gratia, sive Apocalypica
de caelo & Astris sollicita non est, docente ita nostro Nagelio, lit. P. j.
quando inquit: Doch wisset / das vnser Cabbalah, vnd Apocaly-
psis mit dem Gewitter/mit ewren Niewmond/ vnd Bollmond / mit
ewren Thorn/vnd Dantzig nichts zu thun habe/noch mit aller ewrer
Fantasien/sie bekümmert sich vmb was wichtiger/vnd vornehmers
etc: sine contradictionis implicatione Astronomia dici nequit.

30. II. Prasupponit falso Nagelius, quasi Gentilismus ipsi
accidat Astronomiae, tanquam accidenti abstracto, sive ejus pro-
prium esse accidens. Sic enim appellari posset Gentilis. At ne-
quaquam Astronomia, sed ipsi potius Astronomo accidit, ac in eo
per accidens concurrat.

31. Quocirca sicut artem Sutoriam non recte appello à
Gentilismo Gentilem, nec à Christianismo Christianam: sed recte,
Sutorem gentilem, seu Christianum: sic quoq; recte dico, Astronomus
Gentilis: minus recte Astronomia gentilis. Quare? quia nullum ac-
cidens de accidente abstracto praedicatur per accidens.

32. Porro etiam falsissime prasupponit Nagelius, quasi
Astronomia vera ex Scriptura sit petenda, & addiscenda.

33. Falsissime inquam. Longè siquidem alio sine ea tradita
nobis est.

34. Audiamus Cl. Du. D. Jac. Martini, praeceptorem nostrum
meritissimum. Quippe qui lib. 1. Spec. Rat. c. 50. p. 389. ita scribit: Wenn
das wahr ist (quod nempe à Christo, ejusq; verbo artes discen-
da)

da) so darff man nichts mehr lernen / denn nur auff den Geist Christi warten / welcher den Menschen wird lehren Schuch machen / Kleider machen / Häuser bauen / die Medicin vnd Artzen / die Kunst des Himmelslauff. Ist das nicht mehr als Enthusiasmus, so weiß ich nicht / was Enthusiasmus könne genennet werden. Wo lehret den Christus / was Rebarbara sey / wozu sie gut / wie sie in Artzenen zugebrauchen? Wo lehret den Christus des Himmelslauff / wie das Jahr recht gezehlet werde / wie die Planeten bewegt werden / was die Wurtzel Angelica vor eine Krafft habe / wie ein Edelstein von dem andern unterschieden werde / wie weit Keinisch vnd Bingerisch Gold von einander sey / wie man das Gold recht Probiren sol? Wo stehet den solches in der Bibel? etc. Confer. lib. 2. cap 24. p. 19. 912.

35. Deniq; taceo, quod neutra Astronomia vel ad lumen gratia, vel Natura referti queat. Oportet ergo Nagelium delirare.

36. Nihilominus duo pro confirmandâ suâ opinione profert argumenta, Prognost. ad ann. 1625.

37. Primum tale: quot sunt astra: tot quoq; sunt species Astronomiæ. Atqui aliquot sunt astrorum species. Sunt enim alia Astra Elementorum: alia metallorum; alia vegetabilium: alia mineralium: alia animalium: imò alia microcosmica. Ergo.

38. Alterum ejusdem farinae:

Quod sunt Cæli: tot sunt species Astronomiæ

Atqui tres sunt Cæli. Ergo

Hæc illa fulmina bruta. Ad quæ nos nihil hic. Cachinnum siquidem potius, quàm responsionem merentur.

39. Festinamus ad ATTRIBUTUM alterum, quod VERITAS est. Vera namq; Astronomia. Quare? Quia scientia. Omnis enim scientia est vera.

40. Accedit huc, quod ea, quæ tradit ac præscribit, certò eveniant. Non enim ita hîc, uti in Astrologiâ. Quippe in quâ pauca prædefinitionibus Astrologorum correspondent.

41. Nec mirum. Astra enim solitaria causa non sunt eventuum. Plura enim ad eventum aliquem concurrunt.

42. Audi Kepplerum. Is ita Tert. Interv. N. 56. Bleibt derhalben dieser

dieser spruch wahr/ob wol auch Feselius wahr hat / daß viel verrich-
tungen in dieser vntern Welt fürgehen/die man des Himmels lauff
keines weges zumessen könnte. Ich setze noch zum vberfluß auch die-
ses darzu/daß ob wol viel dinge auff Erden geschehen/ da der Him-
mel Augenscheinlich mitwircket / so geschehen sie doch nicht ganz
Himmels halben:sondern weil sie auß ihren Ursachen hergeflossen/
vnd allbereit im wercke sind/so kömpt der Himmel darzu/ vnd macht
etwas neues darinnen/ daß wird er wol haben müssen bleiben las-
sen/wenn nicht die sach schon zuvor auch ohne den Himmel fürhan-
den gewesen were. Zum Exempel/hat sich vorzeiten eine Schlacht be-
geben zwischen den Lydis vnd Medis, diese Schlacht ist von keiner
Finsterniß verursacht worden. Denn der Krieg hatte schon viel
lange Jahr gewehret. Mitten aber in der Schlacht ist ein völlige
Finsterniß der Sonnen eingefallen/die hat beyden Partheyen an-
leitung zum stillstand gegeben/daß sie zu rück gewichen / vnd Friede
worden. Wann nicht die Schlacht zuvor im werck gewesen/würde
die Finsterniß langsam eine Schlacht/vnd in derselben einen Frie-
den gemacht haben. So hat auch die Finsterniß den Frieden nicht
allein gemacht/sondern nur allein die Gemühter erschreckt / vnd
ihnen anleitung gegeben/daß sie des Friedens sind begierig worden.

43. Et N. 61. War ist es/auß dem Himmel allein leßet es sich
nicht specificiren. Denn es kömpt das Gewitter materialiter nicht
vom Himmel/ sondern auß der niedern Welt / vnd præsumirt all-
wege ein Astrologus etwas von dem Erdboden / so oft er von ge-
wisser sorten des Wetters handelt. Der Himmel allein verursacht
nichts/als den antrieb der Geistlichen art in dieser niedern Welt/
oder in der Erdfugel/daß sie aufftreibt/was sie hat vnd findet. Nur
kan dem Astrologo seine præsumtion fehlen. Denn die innerliche
verenderung des Erdbodens an feuchten/ vnd truckene / wird nicht
allein vom Himmel regieret/sie hat ihren sonderlichen vmbgang/
wie es die erfahrung mitbringt.

44. Hinc licet multi nascantur sub tempus bonorum aspe-
ctuum: minus tamen felices sunt: cum circumstantiis rerum sub-
lunarium impediuntur.

45. Non pigeat iterum audire Kepplerum. Novi, inquit, foe-
minam,

minam, iisdem penè (quibus nimirum ipse) natam aspectibus, inquietissimo sanè ingenio, sed quo non tantum nihil proficit in literis (non mirum hoc est in fœmina); sed etiam totum turbat municipium suum, sibiq; autor est miseriæ deplorandæ. *Primum* itaq; accessit aspectibus planetarum imaginatio diuturna matris prægnantis, cui focrus, avia mea medicinæ popularis, à patre etiam exercitæ, studiosa erat admirationi. Accessit *secundo*, quod vir natus sum, non fœmina: quod sexus discrimen frustra quærunt Astrologi in Cœlo. *Tertio* corporis temperaturam à matre traho, studiis magis aptam, quàm aliis vitæ generibus. *Quarto* res erat parentibus non ampla, gleba scilicet aderat, cui adnascerer, adhæresceremq;. *Quinto* aderant Scholæ, aderant exempla liberalitatis Magistratum in pueros studiis aptos. *lib. 4. Harm. c. 6. p. 170.*

46. Hinc idem *Resp. ad disc. D. Rôslini, lit. E. iij. inquit*:
Wahrlich in aller meiner Wissenschaft von der Astrologia, weiß ich nicht so viel gewisheit/das ich ein einige special sachen cum fiducia dörffte vorsagen.

47. At non sic in *Astronomia*. Quæ enim ibi dicuntur, traduntur, vera sunt, ac ita eveniunt. Ibi namq; nuda astra sufficientiunt.

48. At *objicies* hinc statim *Authoritatem I. B. Lutheri*, quippe qui *Comment. lat. in Gen. scribit*: Sic Sphærarum numerus certus à Mathematicis annotatus, & non quod ita esse necesse sit, sed quod harum rerum aliqualis notitia tradi non potest, nisi sic distinguantur sphære, propter diversos motus, ad quos tradendos tali, ut dicam, imaginatione opus est. Sic enim ipsi artifices dicunt; exempla damus, non quod ita sint, sed quod aliter ista doceri non possint; nam faciunt ad tradendas artes, quod satis est.

49. Deinde *Magni illius Astronomi Copernici*, qui ita in *dedic. Revol. suarum ad Paulum III. Pontificem*: inde igitur, inquit, occasionem nactus, capri & ego de Terræ mobilitate cogitare. Et quamvis absurda opinio, videbatur, tamen quia sciebam, atque ante me hanc concessam libertatem, ut quoslibet fingerent

B

circu-



circulos ad demonstrandum phænomena astrorum : existimavi mihi quoq; facile permitti, ut experirer, an posito terræ aliquo motu firmiores demonstrationes, quam illorum essent, inveniri in revolutione orbium cælestium possent.

50. III. *Architecti præfationis*, quæ extat in *frontispicio Revol. Copernici*. Ita enim *inter cætera* habet: Est Astronomi proprium, historiam motuum Cælestium diligenti & artificiosâ observatione colligere. Deinde causas earundem, sive hypotheses, cum veras assequi nulla ratione possit, qualescunq; excogitare & confingere, quibus suppositis, iidem motus, ex Geometriæ principiis, tam in futurum, quam in præteritum rectè possint calculari. Horum autem utrumq; egregiè præstitit hic artifex. Neq; enim necesse est, eas hypotheses esse VERAS, imò ne VERISIMILES quidem, sed sufficit hoc unum, si calculum observationibus congruentem exhibeant. etc. *Et paulò post*. Et si quas fingendo excogitat, ut certè quàm plurimas excogitat, nequaquam tamen in hoc excogitat, ut ita esse cuiquam persuadeat sed tantùm, ut calculum rectè instituat. *Et sub finem*: Neq; quisquam, quod ad hypotheses attinet, quicquam certi ab Astronomiâ expectet, cum ipsa nihil tale præstare queat.

51. IV. *Petri Rami*. Hic enim commentum Hypothesium absurdum vocat, *lib. II. Schol. Matth. p. 50.*

52. Nos ad *singulas respondebimus*. Ad primam I. Lutheri nostri verba non esse intelligenda *assertivè*, sed *recitativè*: seu ea non esse *asserentis & approbantis*; sed *recitantis*, & *indicantis*. Non enim quid ipse, sed quid vulgus *Astronomorum* statuat, exponit. II. Resp. si maximè ita sensisset B. *Lutherus*: nihil tamen evinceretur. Professione siquidem *Astronomus* non erat. At de *Arte Artifex* consulendus est.

53. Ad *Secundam Resp.* i. distinguendo inter *rem investigandam*, & *jam investigatam*. Ibi quidem licet aliquid fingere, quò in rei possessionem & cognitionem provehamur: at *non hîc*. Jam autem Copernicum non de *posteriori*, sed *priori* loqui, cognoscet is, qui paulò diligentius verba ejus perpenderit.

Resp. II. *Et si dicendum, quod res est, vix ac ne vix quidem*
ex

ex allato loco probari potest, Copernicum falsas assumisse causas. Nam tametsi voculâ FINGERE utitur: inde tamen falsitas colligi nequit. Quippe cum *non omnia ficta falsa* sint.

55. A partibus nostris *Keplerus*. Quippe qui *Comment. in Mart. scribit*: Fabula est absurdissima, fateor, naturalia per falsas demonstrare causas: sed fabula hæc non est in Copernico. Quippe qui veras & ipse arbitratus est hypotheses suas, non minus, quàm illi tui Veteres suas: neque tantùm est arbitratus, sed & demonstrat veras.

56. At *objicies* contra *primum* datæ *Responsionis membrum*, Copernicum nihilominus indagatis orbium Cælestium revolutionibus Epicyclorum apparatus approbasse, atq; retinuisse: quam opinionem etiam strenuè defendit Christoph. Clavius *tom. 3. oper. Math. Comment. in Sacrobosc.* At Epicycli è censu superfluatorum, *juxta Keplerum*.

57. Ad quod *Resp. Keplerus*: motum Epicyclicum apud hunc autorem nihil aliud esse, quàm phantasiâ motus: dum terræ motus unicus dissimulatur in terrâ, & singulis planetis transcribitur. *Optic. c. 10. p. 328.*

58. Ad *tert. resp.* verbis *Kepleri Comment. in Martin.* Ita is *ad Ramum*: Vin' tu verò scire fabulæ hujus, cui tantopere irasceris, architectam? ANDREAS OSIANDER annotatus est in meo exemplari, manu Hieronymi Sreiber Noribergensis. Hic igitur Andreas, cum editioni Copernici præesset, præfationem illam, quam tu dicis absurdissimam, ipse (quantùm ex ejus literis ad Copernicum colligi potest) censuit prudentissimam, posuit in frontispicio libri, Copernico ipso aut jam mortuo, aut certè ignaro. Non igitur *μυθολογῆ* Copernicus, sed *σεριὸ ᾠδοξολογῆ*, hoc est, *Φιλοσοφῆ*, quod tu in Astronomo desiderabas. *Hæc Keplerus.*

59. Ad *Quartum resp.* I. esse petitionem principii. II. ad *faciorem Astronomiam* non pertinere. III. *Ramum* ideo dicere hæc, quò nobis persuadeat, Astronomiam hypothesis apparatus carere posse. Hanc enim eum fovisse opinionem, testis est *Nobiliss. Tycho*, quando *lib. 1. Epist. Astron. p. 60. ita ad Rothmannum scribit*:

bit: Quod autem celeberrimus ille nostri avi Philosophus Petrus Ramus existimavit, sine hypothefibus per logicas rationes Astronomiam constitui posse, caret fundamento. Proposuit quidem ille mihi ante annos elapsos 16. cum Augustæ Vindelicorum unâ essemus, hanc opinionem, & hortator simul erat, & postquàm per hypothefes syderum cursum in exactum ordinem redegissem, idem sine his tentare affectarem. Id enim fieri posse, hanc rationem addidit, quod legisset Ægyptios facilimam olim habuisse Astronomiæ cognitionem: cumq; hypothefium ratio difficilis & intricata videatur, oportere eos aliâ compendiosiore & planiore viâ syderum cursus cognovisse, ideoq; citra omnes hypothefes. At ego illi resistebam, ostendens, sine hypothefibus phænomena cælestia non posse in scientiam certam redigi, neq; ut intelligantur, excusari. Facilitatem verò illâ Ægyptiacam saltem in Æquatoriis Planetarum, quibus se à supputatione tædiosâ liberarunt, cum Ephemeridum expedita ratio nondum in usu foret, extitisse. Verùm cum is Vir aliàs perspicaci ingenio præditus, & veritatis, si quis alius, amans, penetralia artis hujus non penitus perspexisse mihi videtur, varietatemq; in motu syderum statis anni temporibus nequaquam recurrentem non animadvertisse, quicquam hâc in parte obtinere ab ipso nec potui, nec volui. Habet is plerosq; adhuc affectas, qui idem fieri posse sperant: sed qui rem ipsam neque intelligant, neque unquam in effectum sint deducturi. Cum enim omnia constant numeris, ponderibus & mensura: sine his etiam, quicquam in mundo visibili explicari nequit. Hypothefes autem nihil aliud, quàm mensuram apparentis motus per circulos aliasq; figuras ostendunt, quas Arithmetica in numeros resolvit. Sine his si quis Astrorum motus comprehendere velit, fortunam, quod dici solet, invocet, & supra mundanam extra hominum intellectum, planeq; incorpoream & plus quàm angelicam rationem imaginetur, necesse est. *Hactenus elegantissime Tycho noster.*

60. *Ex his omnibus, quæ nunc proposuimus, manifestum est. Astronomiam veris gaudere principii.*

61. *Sub-*

61. *Subscribitne Nagelius opinioni huic? Minimè gentium. Nam lit. B. 1. refert Astronomiam inter mendacia, & fallacias. Cur? quia non sit à Spiritu D E I: nec in Cabbala fundetur. ita per totum tractatum.*

62. *Ad quod nos, confundi distincta: & proponi fundamenta putida.*

63. Etenim I. Confunditur *Ars cum Artifice*. Largimur largitè, *artifices sapenumè falsa fovere ac alere*: at quid hoc ad ipsam *artem*. Omnis proindè culpa in sinum Astronomorum est conijcienda: præsertim verò illorum, qui nimium faciles sunt in condendis hypothefibus. Quippè non observant, quod *Keplerus eruaitissimus* dicit: non debet præstare quicquam Astronomus, præter ea, quæ reverà accidunt, *Optic. p. 286. Item lib. 1. Epit. Astron. Copern. p. 5.* non debere esse meram licentiam Astronomis, fingendi quidlibet sine ratione.

64. II. Confunditur *Astronomia cum Astrologiâ vanâ*: In illâ nulla: in hac multa mendacia. Hinc est, quod *Augustinus* ejus fautores ac cultores inirricos veritatis appellet, *lib. 2. quæst. V. & N. T. quæst. 16.*

65. *Putida* autem illa *assertio*: Astronomiam nostram non esse à Spiritu S. Nam audiamus *Cl. Dn. D. Jac. Mart. lib. 2. Spec. Rat. c. 24. p. 914.* Gleich wie nun / inquit, alle Künste vnd Wissenschafften dem heiligen Geiste / als dem Geist der Weißheit / vnd des Verstandes / nemlich / das einer ein guter Mahler / der ander ein fürtrefflicher Künstler in Silber / Gold / Perlen / Metallen / Edelgesteinen zu arbeiten / der dritte ein vorrefflicher / vnd anschlägiger Bawmeister / Bildhawer / auch Schneider / Schuster / oder ander Handthierung / wie sie Namen haben mügen / als sonderbare Gaben / vnd Geschenke / damit er die Menschen außrüstet / von oben herab / sollen vnd müssen zugeschrieben werden: Also ebener massen kömpt alle Philosophische Weißheit / aller Verstand
des

der Juristen/ alles Wissen vnd Erfahrung der Aerzte: Ja auch alle accurata scientia tractandi Theologica, docendi & defendendi, von diesem heiligen Geist her / der gibet alle Wissenschaft/ alle Weißheit/ allen Verstand/ vnd alle Künste. Derwegen auch / wie ein jeder Handwercksmann oder Künstler allzeit in seinen Lehrjahren / vnd denn nachmals/ wann er Gesell vnd Meister worden ist/ & zu dem Allmächtigen vmb Hülff vnd Beystand des H. Geistes anrufen sol: damit er seine Kunst erstlich recht wol vnd gründlich begreiffe/ vnd lerne/ sie Ehrlich gebrauche/ vnd zu der Ehren Gottes anwende: Also sol auch der Philosophus die fürnehmste Hülffe nirgends anders von hoffen/ oder erwarten/ als von oben herab/ von dem heiligen Geiste.

66. *Ast inquit Nagelius: Astronomia vestra à Gentilibus est profecta. At Gentiles Spiritu S. carent.*

67. *Resp. Gentiles quidem non habere Spiritum S. at habere multa à Spiritu S. Nam distinguendum est inter ea, quæ sunt à Spiritu, & cum Spiritu: quæ non sunt à Spiritu, sed cum Spiritu: quæ sunt à Spiritu, sed non cum Spiritu: & quæ nec à Spiritu, nec cum Spiritu S. sunt. Astronomia enim est à Spiritu: licet non sit in Gentilibus cum Spiritu. In piis autem Astronomis etiam est cum Spiritu S.*

68. *Sed & hæc assertio putida, & flagro digna: Astronomiam esse mendacium, quia non ex Cabbala.*

69. *Nos ita dicimus: quicquid nec ex Cabbala, nec ex sermo literali, nec ex rectâ ratione est: illud pro mendacio reputari potest.*

70. *Duo namq; sunt lumina, & flumina, ex quibus omnis veritas: unum Gratia: alterum Naturæ.*

71. *Illud Verbum DEI est, quod geminum admittit sensum: unum nudum & literalem: alterum obscurum & mysticum.*

72. *Qui sensus mysticus Cabbala dici consuevit, teste Petro Cunæo, lib. 3. de Republ. Hebr. cap. 8. quando inquit: Ego veram Cabbalam appello mysticum intellectum earum rerum, quæ in Sacris literis latent. Is intellectus, cum antea penes Vates fuisset, sed non vulgandus mortalium*

talium

talium Seculis, tandem Divino munere Apostolis & Evangeliorum concessus Scriptoribus est, ut, quod diu latuerat, publicâ voce illorum proderetur universis. Itaq; Cabalam non cum vulgo eam dico, quam alij alijs tradidere, sed quam Cœlitus acceperunt Viri Sancti. Est enim קבלה acceptio &c.

73. Quodcunq; ergo veritatem mereri debet: alterutrum luminorum dictorum pro fonte agnoscat necesse est. Siquidem, uti dictum, *plura lumina*, ex quibus verum hauriri vel possit, vel debeat, non dantur, quam hæc duo. *Tertium enim lumen falsum.*

74. *Formatâ sic Majore*, facilis ad *Minorem* responsio est. Nam tamen si *Astronomia* in *Cabalâ*, seu *sensu Scripturæ mystico* non fundatur: fundatur tamen *in rectâ ratione*: ac proinde inter mendacia referri nequit.

75. *Obiter Contradictionem noto.*

Dicit Nagelius, *Cabbalista* illum esse, cujus anima peccatis non est subdita: *Verba ejus hæc sunt*: Es haben zwar viel Philosophi vnd Astronomi im Buche der Natur gelesen/aber warlich/weil sie nur seind Magi/das sie die Signatur verstanden/vnd auch nicht Cabbalisten, daß sie durch das innerliche Göttliche Liecht/welches doch in keine böshafftige Seele kömpt/vnd nicht wohnet in einem Leibe der Sünden vnterworffen &c. *lit. E. iij. item ead. lit. iiij.* Et tamen *Bileamum*, quem scimus fuisse *Prophetam Demonum*, maculatumque lethalibus flagitiis, turpi avaritiâ, malitiâ &c. Vid. *Num. 22, 9. 6. 25, 2. 2. Petr. 2, 15. Epist. Iudæ v. ii. Apoc. 2, 14.* Inter *Cabbalistas* referre non veretur, *lit. E.* quando dicit: Vom Talmud vnd Fabeln/oder erdichteten Cabala der Jüdischen Rabinen halt ich nichts: Wir wissen aber was Mose/Esdra/Bileam/Daniel/Salomo vnd andere vom HErrn empfangen/vnd daß sie die warhafftige Cabalam gehabt &c.

76. *Syllogismus talis*:

Omnis Cabbalista peccatis est mortuus.

Bileamus peccatis non est mortuus.

Ergo *Bileamus* non est Cabbalista.

77. *Si ita formetur*:

Omnis Cabbalista peccatis est mortuus.

Bilea-

Bileamus est Cabbalista.

Ergo Bileamus peccatis est mortuus.

Tunc Spiritui S. in os contradicit.

78. *Sin verò ita: tùm Nagelium absurditatis manifestè
insimulamus:*

Nullus Cabbalista peccatis est deditus.

Quidam Cabbalista peccatis est deditus.

Ergo quidam Cabbalista non est Cabbalista.

*Tantis artibus Astronomiæ Inventoris nomen sustinere vult.
Turpissimum.*

SAT EST.

SOLI DEO GLORIA.




Vb 17


ULB Halle 3
002 673 282



TA → OL







35
1626 1

DISCURSUS PRIMUS
DE
ATTRIBUTIS
ASTRONOMIÆ,

Ineptiis M. PAULI NAGELII
oppositus,

Quem,
Iussu Ampliss. Facult. Philosoph. in Academia VVitteb.
PRO LOCO

In eadem Facultate benevolè sibi assignato,
Publicè examinandum proponit

M. VALENTINUS KINLENIUS

PRAUSNICENSIS SILESIUS,
Facultatis Philosoph. Adjunctus,

RESPONDENTE
GREGORIO BERESCHAU
GURA-SILESIO

Ad diem 16. Decembr.

Horis à 7. matutinis
In Auditorio Majori.



VVITTEBERGÆ

Ex Officinà Typographicà JOHANNIS GORMANNI,
ANNO M. DC. XXVI

1626

